

20 Harkemann, Dr., de Schlichter
privatis, quem posuimus,



44/56468









380(44)564 68(7)

324.5

XVI.

30

CONCLVSIONES,
DE DELICTIS
TAM PRIVATIS
QVAM PVBLICIS.

QVAS

Auspice Sacrosancta Triade.

SVB PRAE SIDEO

DOMINI LEOPOLDI HA-
CKELMANNI I. V. D. DEFEN-
dere conabitur

HIERONYMVS HERVVORT
Augustanus.

AD NON. JANVAR.

ANNO CLO IO XCIV.

Quos ad vitæ decora domesticæ laudis exem-
pla non provocant, saltē correctionis
medicina compellat. L.unic.

C. de emend. propinq.



I E N. A
Typis Tobias Steinmanni.

N O B I L I S S I M I S E T A M -
P L I S S I M I S , P I E T A T E , P R V D E N T I A ,
D O C T R I N A S P E C T A T I S S I M I S V I R I S , D O M I N O
I O A N N I B A P T I S T A E H o c h s t e t t e r o . H i e r o n y m o
K R A F T E R O ; M A T T H A E O E H E M I O , H E I N R I C O
T H E N N I O , A B E L O V N D E R H O L T Z E R O , O M N I -
b u s p a t r i c i j o r d i n i s a f f i n i b u s s u i s d e b i t o a m o -
r e d e b i t a q ; b e n e v o l e n t i a c o l e n d i s .

S AEpis mecum cogitavi, viri, Nobiles, affines omni observantia cul -
tu dignissimi, quocunq; tandem modo meum erga vos amorem ac
benevolentiam vobis declararem. Est enim cordati semper de referenda
gratia cogitare inq; omnes eius occasiones elaborare, qua nullum offici -
um magis esse necessarium Cic. testatur. Sed ut hactenus voluntas mea
semper prompta fuit: sic facultas expedita nunquam obtigit, quod mer -
itò mihi stomachum movit. Proinde cuius incolyte huic Salanae Academici
optimo exemplo privatis exercitationibus plurimum studeant, sa -
cilius etiam ego viri Clarissimi atq; V. I. D. excellentissimi Dn. Leopoli -
di Hackelmanni, praeceptoris mei fideliissimi, quem grati animi causa
nominio, hortarii paterno locum dedi, qui disputationis alicuius mihi au -
tor fuit. Elegi autem potissimum, atq; in theses redagi certo consilio ma -
teriam hanc delictorum in vita communis prob dolor adeo frequenter,
ut penè cum lacte nutriceo ea sufficere videantur. Quantum autem Rei -
publ. inter sit delicta puniri & maleficia impunita non manere ex multis
legibus constat, & acutissimus ille IC. Bart. ait publica disciplina favorem
dickare ac suadere ut maleficis puniantur. Hanc itaq; utilitatem de De -
lictis diatriben affibus meis iucundissimis inscribere ac strene loco mit -
tere conserui, quam etiam grati animi, qualecunq; esse volo testimonium,
confidens, æqui boniq; consulturos, meq; in posterum ut hactenus quam
commendatissimum habituros. Deus Opt. Max. Trinus unus, vos
cum honestissimus familijs salvos atq; incolumes conservet. Deniq; precor
vobis, ut annus instans feliciter vobis ineat, felicius procedas ac quam
felicissime sepius recurrat.

Addictissimus

Vester Affinis

Hieronymus Heruott.



DISPUTATIO DE DELICTIS.

Cum rerum criminalium materia in vita communi
tam sit frequens tamq; utilis, ac insuper in salute tum
corporis eius animae occupatissima inveniatur (qua nobis
nihil prius neg, antiquius habendum est) opera precium
quog; erit, si de ea aliquid preponatur. Furto autem cum
nullum sit frequentius, merito etiam illud primum sibi lo-
cum vendicat.

THESES I.

M N I S Q V A E A R A T I O-
ne (inquit Cic.) suscipitur de aliquare in-
stitutio, à definitione cuiuscunq; rei rectè
proficiuntur, ut intelligatur quid sit id de
quo disputatur. Furtum itaq; (secundum
Imper. nostrum) est contrectatio fraudu-
losa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel
etiam usus eius, possessionisve, quod lege naturali prohi-
bitum est admittere. *L.1.de furt. §.1.inst. b.t.*

I I.

Furtorum genera duo sunt: manifestum & nec mani-
festum: ille dicitur qui in auro opere in, aut cum ipso furto de-
prehensus, aut visus est, antequam quo destinavit, perfec-
ret. *L.3.b.t.l.7.si quis §.7.codem §.3.Inst.eadem.*

I I I.

Ex furto obligantur omnes, qui furtum fraudulosa
contrectatione committunt, sive masculi sint, sive foeminae,
impuberis quoq; modo dolii capaces & pubertati proxi-
mi inveniantur. *Alciat.in l.1.de V.S.L. impub. 23. ff. b.t.l.111.de
R.1.l.24.b.t. §.in summa inst. de Ob. que ex delicto.*

I I I I.

In furtis servorum & familiæ obligatur dominus ad

solvendam estimationem , & si nolit hoc facere noxiū servum aut familiā noxæ dedere , si ignorante eo furtum factum est . nam si sciente , tum & suo & singulorū servorum nomine conveniri potest.

l. i. ff. de nox. act. l. i. g. i. ff. si fam. sur fe. dicatur.

V.

Omnibus quorum honesta causa interest rem salvam esse (licet dominus non sit) furti actio competit : exceptis tamen domesticis & alijs inter quos licet furti actio non nascatur , remotæ tamen rei utilis actio danda videtur , quemadmodum & iudex eiusmodi flagitia castigare non prohibetur.

g. i. 2. Inst. b. t. l. 10. & 85. ff. b. t. l. 16. 17. ff. eodem. Bart. in l. i. n. 4. rer. amot.

V I.

Et cum furtum in rebus alienis corporeis & mobilib. committatur , quæri poterit , an is qui cretam ex alieno fundo effoderit furtum committat : nos affirmativæ sententiæ adscribimus . *l. si creta 57. ff. de furtu.*

V II.

Quædam etiam furti generalicita esse constat : ut sunt rerum Turcicarum , aleatorum : talia siquidem fiunt II. permittentibus , & pœnas non mærentur . Is enim non peccat , qui aliquid facit aut Deo aut lege permittente .

l. Gracius C. de adult. & in decret. 1. dixit dom. 14. q. 5. l. non solum C. de commerc. & merc. l. i. ff. de alea iusu & aleat.

V III.

Et cum proprius furti finis lucrum sit , ex quo tanto furum odio quam plurimæ actiones ab Imp. inventas esse docet Iust. Quarum alia civilis alia criminalis dicitur : Illa tenetur quis vel ad quadruplum , si furtum manifestum est , vel ad duplum , si nec manifestum . *g. 5. inst. de oblig. qua ex quasi delicto nascentur.*

X.

Hac criminali extra ordinem pœna arbitraria furum libido eoercetur : non tamen iure civili . Pœna corporalis hodie in primo relegatione in secundo furto , etiam fustigatione . *Auth. sed novo iure C. de serv. fug. Nov. 134. c. 3. VVes. in para- bis.*

X.

In furto tertio deprehensus punitur suspedio : quod potius

potius ex ll. interpretatione & ex consuetudine publicæ
tranquillitatis gratia observata, quam ex ulla certa & con-
stituta in iure lege nascitur.

Io. Boer. in suo iuris viat. sub. Rubr. de furt. Et Institutio bie.

X I.

Quæstionis quoq; est inter Dd. cum hodiè pœna fur-
ti sit capitalis , an eadem pœna teneatur is , cuius opera &
consilio furtum factum est , qua ipse fur? Nos affirmati-
vam sententiam de iure veriorem esse putamus , dummo-
do furtum fuerit lecutum : qui verò consilium tantum de-
dit actione servi corrupti vel utili vel directa tenetur.

l. u. qui opera 34. b.t. §. interdum quoq; int. codem l. i. C. de ra-
ptu virg. l. 52. §. 19. b.t. §. sed et si credat. Inst. eod. l. si quis uxori §.
neq; verbo b.t. l. sapè 53. de V. S. Schneid. in §. interdum n. 17. 24.
Inst. hic.

X II.

Quærunt item Dd. si pœna corporalis delicto præfi-
nita sit , & fideiussor nihilominus interveniat , an principa-
li fugiente , eadem pœna fideiussor teneatur? Et quamvis
affirmantiū sententia non levibus nitatur fundamentis , ne-
gantium tamen opinioni uti communiori subscribimus.

per l. liber homo adl. Aquil. VVes. in parat. ff. b.t. n. 4.

X III.

Et cum non factum , sed causa faciendi quæritur : o-
portebit etiam iudices esse circumspetos , circa furti ne-
cessitatem & inopiam , furum calliditatem aut simplicita-
tem , materiam , tempus , loca , furisq; qualitates , spem lu-
cri & occultationis. Præsertim si non sint insignia & magna.
Huiusmodi enim circumstantiae furtum aut gravant , aut e-
levant , ita ut non videamus quam & quam de furto senten-
tiam sit iaturus iudex , qui talia non accuratè expenderit.

l. i. l. verum est. ff. de furt.

X IV.

Prima delictorum specie absoluta , dabimus in ordi- RAPINA
ne locum secundum RAPINA E , quæ à furto parum dif-
fert , nisi quod illud clandestinè , hoc palam committatur.

VVes. in prim. b.t. adl. 80. §. 3. d.c. fur. l. 2. §. 24. b.t.

XV.

Hoc autem crimen speciali actione coocretur, quæ vis
bonorum raptorum appellatur: & adversus eum qui dolo
malo, vel alia ex causa, quæ in istum incidit, rapuerit vel
luctificiendi vel iniuria causa, datur. Et quidem intra an-
num in quadruplum, post annum in simplum.

§. 1. l. 2. m. pr. b. t. l. 2. §. b. e. a. c. t. i. o. 13. e. o. d.

XVI.

Horum etiam fautores pœnas similes ut subeant o-
portet, qui nempe re, opera & auxilio ad rapinam coad-
iaverunt. l. 34. §. 3. ff. de furt. l. 8. ff. ad l. Iul. de adult.

XVII.

Is verò ius suum, quo licuisset raptorem suum coram
iudice peragere, perdit, qui sibi ipsi iudex est, & propriæ
rei executor; neq; rectè raptor, sed porpriæ rei repetitor
dicendus.

l. 2. §. b. e. a. c. t. i. o. ff. vi. bon. rapt. §. quia tamen Inst. eodem tit.

Ideoq; etiam non tanquam raptor puniendus.

XVIII.

Et cum hac actione concurrunt adhuc aliæ quædam
quibus raptores conveniri possunt, rām civiles quam cri-
minales. Iure verò Saxonico, h̄c violentia mitissimè, ab-
latæ videlicet rei simplici restitutione punitur.

l. 2. §. pen. l. si quis in tantam C. unde vi l. si constat. 4. C. finium
regund. l. extat. quod metus causa tot. sit. ff. & Cod. ad l. Iul. de vi priva-
ta. & ad l. Iul. de vi pub. VVes. in parat. ff. b. t. n. 8.

XIX.

DAMNUM. Tertium locum sibi vendicat Damnum, per l. Aquil.
punitum. Quod est delictum privatum, quando quis do-
lo, calpa sive iniuria servum aut quadrupedem alterius oc-
cidit, vulneravit seu alioqui res eius rupit.

§. 4. Inst. b. t. l. 2. l. qui occidit. 30. b. t.

XX.

Huius delicti tria fuerunt capita, cuius secundum, cum
in usu esse desit, neq; in pandectas relatum sit, non anxiè
investigabimus. Primo itaque capite cavetur, ne quis ser-
vum levamye, alienum alienamve quadrupedem vel pe-
cudem

cudem iniuria occidat & ad occisas res animatas, servos
duntaxat & pecudes quæ gregarim paucuntur pertinet.

l. 2. texti. in prim. Inst. eadem.

X XI.

Tertio huius legis capite cayetur, ne quis homines vel
pecudes urat vel rumpat vel quadrupedes quæ pecudum
numero sunt damno quopiam afficiat, vel quamcūq; etiam
rem quæ animo caret factō deminuat.

l. si servus §. huius legu b.t. §. 7. Inst. b.t.

X XII.

Oritur autem hinc actio civilis vel prætoria. Civilis
actio ex plebiscito descendit: diciturque damni iniuria a-
ctio; & locum habet si vel corpore datum fuerit
in corpore, vel alias fuerit lœsum,

*l. qua actionem inf. de prascript. verb. l. impuberem 23. de furt.
l. quemadmodum 29. §. item Labeo ad l. Aquil. l. 1. in pr. de his qui ef-
fud. &c.*

X XIII.

Estq; duplex hæc actio: directa nimis & utilis. Di-
recta actio est quæ datur ex l. Aquilia in eum potissimum
qui corpore suo præcipue & immediatè, seu ut Vlp. loqui-
tur, suis manibus in corpus datum dedit.

§. ult. Inst. b.t. l. qua actione 7. §. occisum b.t.

X XIV.

Vtilis actio est concessa ex l. Aquilia in eum qui non
suo corpore, sed medio aliquo damnum dedisse convinci-
tur. *§. Cæterum inst. b.t.*

X XV.

Hac s̄epissimè in factum actio, ut & cætera omnes
actiones quæ non directò ex legibus, sed ex earum mente
profluunt, dicitur.

*l. qua actione in §. proinde §. Celsus autem 6. item si obstat 9.
l. item Mela. §. 1. ad l. Aquil.*

X XVI.

Prætoria datur in subsidium priorum duarum com-
petitque eo casu, si quis neque corpore datum de-
dit, neq; corpus fuit lœsum, sed alio modo alicui datum

contigerit, & etiam in factum actio datur. §. ult. Inst. b.t.
l. quia actionum 11. de præscript. verb. l. in laqueum 55. de acquir.
rer. domin.

XXVII.

Vtraq; porrò actione civili & prætoria non saltem
damni principalis, verum etiam accessorii fit æstimatio.

§. illud non ex verbis 20. l. b.t. l. 21. b.t.

XXVIII.

Et primò quidem l. Aquiliæ capite fit æstimatio à
tempore damni dati retrorsum numerando, & quanti eo
anno plurimi res fuerit.

l. inde Neratus 23. §. item Iulianus b.t. §. hū autem verbis Inst.
eodem.

XXIX.

Ex tertio verò capite fit æstimatio pro diebus 30. pro
ximis quibus quanti plurimi res fuerit.

l. si servus 27. l. quemadmodum 29. b.t.

XXX.

**De Iniv-
ria.** Quartam privatorum delictorum speciem, iniuria
constituit, in qua non damnum & scelus sed contumelia æ-
stimatur, quam à contemnendo dictam tradunt: vel quod
contemptum fiat; & dedecus ei qui illam patitur accersat,
vel quod ad alterius infamiam fiat.

§. 1. inst. eodem l. 1. in prim. b.t. l. si non convicij 5. l. item apud
Lab. 15. §. sed quod 4. & §. ait prætor 25. ff. b.t.

XXXI.

Eaq; aut realis quæ refit, aut verbalis quæ verbis vel
scriptura fit, alia denique fit gestibus.

l. 1. §. iniuriā ff. de iniur. & famos. libell. & §. iniur. inst. de in-
jur. l. item apud 15. §. generaliter l. vestem 39. ff. b.t.

XXXII.

Realis, aut est enormis ceu atrox, aut levis. Illa, aut
pro personæ, temporis, item loci qualitate fit: hoc est, vel
ex facto, loco, tempore vel ex persona, adeo ut ex his fa-
cile colligi atque intelligi possit, quæ levis dicatur.

§. atrox. inst. de iniur. l. prætor §. atrocem l. vulneris & l. sed est
ff. de iniur.

Iniuriā

XXXIII.

Iniuriam autem omnes possunt pati , tam qui faciunt,
quam qui facere nequeunt , præsentes & absentes . Et fit
iis qui vel potestati nostræ vel affectui subiecti sunt eorum-
que ratione ad nos pertinet , quamvis & hi suo nomine a-
gere possint .

l. i. in fine . cum seq. l. item apud Lab. G. spons. quoq; ff. de iniur. l.
a. C. eodem & G. patitur . cum seq. inst. de iniur.

XXXIV.

Omnis etiam iniuria aut in corpus infertur , aut ad
dignitatem . aut ad infamiam pertinet . Neque sufficit
veritas criminis , sed alia ex causa quam contumelia gra-
tia obijci necesse est : alias diceretur in contumeliam .

l. i. G. 2. b. t. Myns. in rubr. n. 3. b. t. l. meminimus 2. vers. quid e-
nim tam durum . C. quando & quib. quart. pars Gail. lib. 2. obs. 99. n. 7.

XXXV.

Et ii omnes iniuriarum actione tenentur qui contu-
meliæ animo sive per se sive per alium quid faciunt . Et
licet ebrius dolocare á quibusdam dicatur : tamen in a-
trocibus eum teneri putamus . Et quidem aduersus sin-
gulos in solidum datur .

VVes. in parat. n. 4. b. t.

XXXVI.

Agitur autem vel civiliter vel criminaliter : illo iudi-
cio privato . hoc iudicio extraordinario . Vnum tamen al-
terum tollit , quia utrumque ad pœnam & vindictam com-
paratum est .

G. 7. inst. b. t. l. 7. C. eodem l. ult. b. t.

XXXVII.

A verbali iniuria famosus libellus differt , quod hic
ad infamiam pertinet (sive simulato vel ficto sive expressio
autoris nomine edatur) illa contumeliæ causa fiat .

VVes. in parat. ff. b. t.

XXXVIII.

Imp. autem Constit. hoc delictum capitali supplicio
vindicant , eademq; pœna illos affici volunt , qui eius-
modi famosum libellum (quovis ferro nocentiorem alpi-

daque quavis formidolosorem traperere nec statim cor-
rapere, ne emanaret.

I. unica C. de famos. libell.

XXXIX.

*De publicis
iudicis.*

Postquam igitur privatorum delictorum vis ac natu-
ra, ea qua potuimus brevitate, exposita est, restat ut ea-
dem ratione eodemque modo ad publica iudicia transgre-
diamur: ita dicta quod in iis de crimine publico quod o-
mnes tangit queritur, & quibus ad poenam corporalem
nocentes obstringuntur.

*G. I. inst. de pub. iud. l. Manichæos & G. I. C. De Harcl. & Ma-
nich. l. s. de pub. iud.*

X L.

¶ Quorum quædam capitalia sunt ex quibus pena mors
aut exilium, hoc est, ignis & aquæ interdictio, hodiè de-
portatio vel bannum imperiale: quædam non capitalia, ex
quibus pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio & relega-
tio pena est.

*l. 2. ff. de pub. iud. Olden. act. 2. Clas. 1. d. l. 2. h. t. Alciat. l. lices
103. de V. S.*

X LI.

Et horum iudiciorum iudex competens adiri debet;
Ibi videlicet ubi vel delictum commissum vel reus domici-
lium habet, si vero vagabundus ubi repertus est. Et cum
omnem dignitatis ac honoris eminentia exceptionem rea-
tus plerunque excludat; sequitur etiam quod nulla digni-
tatis prærogativæ ratio, non nisi ex singulari causa habe-
tur.

*Auth. que in provinc. C. ubi in rem act. l. 1. C. ubi de crim. agi con-
portet l. 1. C. ubi depos. l. 1. C. ubi Senat. vel Claris. l. aut facta in prim.
& G. I. de poen.*

X LII.

Ab accusatione hac, pauci prohibentur. Et quem
hic accusatorem dicimus, illic in civilibus actorein no-
minare consuevimus.

*l. hos accus. 1. 2. de accus. l. qui accus. ubi Dd. C. de odend. l. 3. &
passim ff. de accus.*

Versau-

X L I I I .

Versantur autem hæc iudicia circa delicta graviora, publicam & singulorum tranquillitatem turbantia, non quidem omnia, sed lege aliqua publica, publicoque legis iudicio vindicata: cuiusmodi quædam infra attingere volumus.

V V e s , i n p a r a t . f f . n . 3 . b . t .

X L I V .

Forma autem & ordo olim pub. iud. in desuetudinem abiit. Hodiè ad formam civilis pena rediguntur. Oblatione vide*! ceteri libelli cum designatione personarum, quæ in quas, quomodo deliquerint, etiam dici, si sciri certo posst, cum aliis plurib. Ineptitudo enim libelli, contraria est; puta omissione nominis qui deliquit, vel in quem deliquit, quod tamen limitamus, si de factus in probationibus postea suppleatur.*

V V e s , i n p a r a t . f f . b 4 . l . libellorum 3 . de accus. Myns. obser. 32 , cent . 2 . l . 3 . de accus. l . 1 . de offic. asses.

X L V .

Quæ quoq; iudicia ad totius civitatis comparata sunt salutem, ut innocentibus præsidio sint, malis terrori, delicta fontium puniantur & alii exemplo commonefacti similibus flagitijs abstineant, Zur straff des vñcl vnd andern jur ab schew.

§ . 1 . b . t . l . congruit 1 3 . ff . de off . presid .

X L VI .

Et reo vel suis vel idoneis probationibus convicto, damnatur iudicis sententia, & damnatus pena quam lex ipsa decernit subdetur: alijs processus posset argui nullitatis, & sententia tanquam lata contra ius constitutionis, per expressum juris errorem.

l . qui sententia C . de pœnis l . 2 . C . quor . appell l . cum reu 1 8 . C . de pœn . Myns . obser . 30 . in fin . cent . 2 . l . 1 . que sent . sine appell . l . cum prolatis 3 2 . de re iud c .

X L VII .

Primum autem iudicium publicum consistit in immunita maiestate: quæ aut divisa aut humana sive temporalis

lis dicitur. Et horum criminum convictos poena est mors
naturalis & omnium bonorum publicatio.

l. ult. C. de serv. l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. auth. ut non tit. 5. No-
vell. 77. Levit. 24. vid. ord. ori. Car. V. Imp. art. 106. iurisjurandi ver-
religio contempta satia Denim ultiorem habet, l. 2. C. de rebus cred.
& iureiur.

XLVIII.

Secundum est adulterium, quod ita definitum inve-
nimus, quod inquam propriè violatio thori alieni sit: cuius
poena sanguinis & gladii est utriusque persona tam fœminæ
quam maris, etiam lege divina. Iust. verò hanc capitalem
poenam in masculis quidem approbavit: mulierem verò
verbiberibus cæsam in monasterium detrudi præcepit,
quam intra biennium viro recipere licet.

C. quid in omnibus 32. q. 7. l. quamvis 30. C. eodem Deut. 22.
Levit. 20. Ezech. 18. Auth. sed hodie C. ad l. Iul. de adult.

XLIX.

Tertium Stuprum. Et quamvis lex indifferenter his
verbis usa sit, tamen ab adulterio distat, ut adulterium in-
nuptas committatur. Stuprum verò ptoprīe illicita deflo-
ratio virginum sit, quæ aut vi aut sine vi committitur, &
quarum prior poena capitalis posterior Canonica est.

l. 10 l. de V. S. c. lex illa 36. q. 1. ordin. Imp. c. 119. c. 1. de adult.
L.

Quartum. Homicidium: quod aut voluntarium aut ca-
suale est, priori tenetur l. Cornelius: sine ulla conditionis
ratione habita, posteriore mitiori pœna locus est.

VVef. in parat. ff. b. t. n. 5. 6. & 13. l. inde §. si de loco. ad l. Aq-
uem Deut. 19. Mart. 26. vid. ord. crim. Car. V. Imp. art. 137.

L I.

Quintum. Veneficium. Quando quis veneno homi-
nem occidit, sive mala medicamenta publicè vendiderit,
vel etiam hominis necandi causa habuerit, aut artibus o-
diosis idem effecerit, tunc sub distinctione is capite da-
mnatur: mitigatur enim severitas & rigor legis Corn. quo-
ties eventus homicidii propositum non est consecutus.

l. 3. in pr. de sic. l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. C. de malef. vid. ord. Imp. c. 109.

Sextum

LII.

sextum. Parricidium. Prorsus execrandum & ad ulteras terras deportandum vinculo naturali & amicitia, maxime adversum, cuius pena in tit. de l. Pomp. describitur, quam non obtinere extra ascendentes & descendentes & in eius rei consciis volumus.

Cum VVes. enb. iust. h. t. ubi fuisus huius rei tractatio est.

LIII.

Septimum. Falsi crimen. Quod animo corrumpenda veritatis in alterius fraudem dolo malo sit, quodq. à Martiano in falsum & quasi falsum dividitur. Et pena non usque quaq; certa in hoc iudicio prescribi potest, cum pena pro qualitate delicti aut exasperetur aut mitigetur.

I. nec exemplum 20. C. ed. Com. l. ubi in fin. C. eodem Deut. 19. Novell. 42. & 17. c. 1. de prob. feud. alien. per. Frid. VVes. in parat. ff. n. 12. h. t.

LIV.

Octavum. Publica vis. Quicquid enim per vim fit in vis publicae crimen incidit. Cuius pena capitalis est, ut in autoribus seditionis crux. Pena autem minantium ac disfidantium carceratio est. Tam diu si quidem carcerati detinentur donec de non offendendo cautionem praestent.

I. hoc iure 152. de R. I. Bart. & Imola. l. hæc a. ff. si cui plus quam per l. Falcid. Dd. l. licitas & ne potentiores ff. de officio preful. l. qui bona. & si quis ff. de damno infect.

LV.

Nonum. Vis privata. Cuius pena est ut damnati, tertia bonorum pars ex l. Iulia publicetur cum infamia.

I. I. ult. eodem & hoc nostro &.

LVI.

Decimum. Raptus. Qui committitur quando puella violenter à domo patris abducitur (nisi prius pactio de matrimonio præcesserit) ut corrumpatur vel corrupta uxoris loco habeatur, cuius pena capitalis est etiam absq; se quuto stupro.

Genes. 34. 2. c. lex illa 35. q. 1. l. 5. & ult. de vi pub. & probas. idem art. 3. Landrechte lib. 2.

L VII.

Vndeциnum Peculatus. Furtum publicæ pecuniae, quod hodie deportatione cum bonorum publicatione punitur. Rerum autem sacratum peculatus iure communi capite punitur: secus si tantum privatas ibi repertas ause-
rant.

*l.sacrilegij §. 1. ff. eodem l. 3. eod l.sacrilegij. 9. ad l. Iul. pecul. §.
5. ubi gl. ff. de pecul.*

L VIII.

Duodecimum. Ambitus, ex lege Iul. de ambitu contra eum qui pecunia & largitionibus honores ambiunt, quibus pœna deportationis, & pœna pecuniaria cum infamia præstituta est.

l.un. ff.ad l.Iul.de ambitu l.unic.C.eodem.

L IX.

Decimum tertium est, Repetundarum in eos qui in officio constituti pecuniam ut officium impertiantur, puta sententiam dicant, quod gratis præstari debuit. Cuius pœna pro admisso interdum durior interdum! verò levior decernitur. *l.ulit.de cond.ob turp.caſsam l.lex Iul. 7.in fin.eodem.*

L X.

Decimum quartum est lex Iulia de Annona, proditum in eos, qui annonam vexant, quo carior fiat, qui & ipsi extra ordinem puniri solent.

l.annonæ de extraord.crim., l. solet §. liber, de servis.

L XI.

Decimum quintum fluit ex lege Iulia de Residuis. Qua tenentur qui pecuniam publicam sibi concreditam in alios quam oportuit usus consumperunt. Et qui ex hac lege damnantur amplius tertia parte quam debent in triplum damnantur nonnunquam etiam in duplum.

*l. 2. 4. 9. §. ult. de pecul.l. excellent.C. de erog.milit.anno.lib. 12.
Et hæc de publicis iudiciis dicta sufficient, cum diligentior eorum scientia ex latioribus Digestorum seu pandectarum libris de promi possit,*

П А Р Е Р Г А.

I.

*An feuda propter patris delictum, filijs
auferri debeant, varie Dd. controvertunt:
nos subdistinctione respondebimus.*

II.

An equè ad damnandum ac absolvendū presumptio[n]es sufficiant: Negatur.

F I N I S.




Digestorum seu pandecta.

II A P-

380/44/56468(7)

X13<4456468700010



+ colorchecker CLASSIC

x-rite

